Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

postq̃ ergo scripsit moyses
verba legis huius in volumine
atq; ꝛplevit / precepit leuitis
qui portabat archam fœdis dñi
dicens / Tollite librum istum / et
ponite eum in latere archæ fœ-
deris dñi dei vestri / vt sit ibi
contra te in testimonium / Ego enim
scio contentionem tuam / et cervicem
tuam durissimam / Adhuc viventi
me / et in egrediente vobiscum
semper contentiosi estis / contra
dñm / quanto magis cum mortuus
fuero / Congregate ad me
omnes maiores natu / per tribus
vestras atq; doctores / et loquar
audientibus eis sermones istos / et
invocabo contra eos celum et terram
Noui enim quod post mortem meam
inique agetis / et declinabitis
cito de via / qam ego precepi vo-
bis / Et occurent vobis mala in
extremo tpe / qm facietis
malum in conspectu dñi / vt irrite
tis eum per opera manuum vestrarum /
Cum ergo esset moyses / audi-
ente vniuersa turba filiorum israel /
verba carminis huius / et vsq; ad
ad finem complevit / Capitulum 32m
Audite celi que loquar /
audiat terra verba oris
mei / audiat terra / Concrescat
in pluuia doctrina mea / fluat
vt ros eloquium meum / Quasi
imber super herbam / et quasi
stille super gramina / qa nomen
dñi in verbo / Date magni-
ficentiam deo vero / Dei perfecta
sunt opera / et omnes vie eius iudi-
cia / Deus fidelis et absq; vlla
iniquitate / iustus et rectus
permanebit ei / et non sibi in
sordibus / Gnacio filii atq; per-
uersa / hecrima reddis dño /
stulte et insipiens / Nunquid
non et ipse pater tuus / qui pos-
sedit te / et fecit te / et creaui-
vit te / Memento dierum anti-
quorum / cogita generationes sing-
las / Interroga patrem tuum / et
annuntiabit tibi maiores tuos
et dicent tibi / Cum dividere-
bat altissimus gentes / qm se-
parabat filios adam / Constituit
terminos populorum / iuxta numerum
filiorum israel / pars autem dñi populus
eius iacob / funiculus hereditan-
tis eius / Invenit eum in terra
deserta / in loco horribili et
vaste solitudinis / Circumduxit
eum et docuit / et custodiuit
qm pupillam oculi sui / Sicut
aquila provocans / ad volandum
pullos suos / et super eos vo-
litans / Expandit alas suas /
et assumpsit eos / atq; portauit in
humeris suis / Dñs solus dux
eius fuit / et non erat cum eo
deus alienus / Constituit eum
super excelsam terram / vt comede-
ret fructus agrorum / Vt suggere-
ret mel de petra / oleumq; de
saxo durissimo / Butyrum de ar-
mento et lac de ouibus / cum a-
dipe agnorum / et arietum fili-
orum basan / Et hircos cum me-
dulla tritici / et sanguinem vue
bibent nimis / Incrassatus
est dilectus / et recalcitrauit /
in crassatus in pinguatus dila-
tatus / Derelinquit deum factorem
suum / et recessit a deo sa-
lutari suo / Provocauerunt eum
in diis alienis / et in abhomina-
cionibus ad iracundiam concitauerunt /
Immolauerunt de monstris / et non
deo dis quos ignorabat / Noui
recentesq; venerunt / quos